LIEBHABER-BIBLIOTHEK ALTER ILLUSTRATOREN

IN FACSIMILE-REPRODUCTION.

IX. Bändchen.

Hans Holbein's d. J.

Bilder zum alten Testament

Hiſtoriarum Veteris Inſtrumenti icones ad vivum expreſſae.

Lyon
Trechſel
fratres
1538.



München
Georg
Hirth
1884.

Mit einem Appendix.

LIEBHABER-BIBLIOTHEK

ALTER ILLUSTRATOREN

IN FACSIMILE-REPRODUCTION.

IX. Bändchen.

Hans Holbein's d. J.

Bilder zum alten Testament


Historiarum Veteris Instrumenti icones ad vivum expressae.

Lyon Trechsel fratres 1538.



München Georg Hirth 1884.

Mit einem Appendix.



VORBEMERKUNG.

HANS HOLBEIN D. J. hat ſeine »Bilder des Alten Teſtaments« ſehr viel früher auf Holz gezeichnet, als der erſte datirte Abdruck in Lyon, nämlich 1538, erſchienen iſt. Da der Holzſchneider, dem wir dieſe wunderbare Wiedergabe Holbein'ſcher Kunſt verdanken, der berühmte *Hans Lützelburger* in Baſel, ſchon im Jahre *1526* geſtorben iſt, ſo dürfen wir annehmen, dass auch die Zeichnungen aus der Zeit *vor* 1526 herrühren. — Uebrigens ist es offenbar, daſs ein paar rohe Darſtellungen (Joel und Zacharias,

gegen den Schlufs des Buches) weder von Lützelburger geschnitten, noch von Holbein auf den Holzstock gezeichnet sein können, während bei einer gröfseren Anzahl anderer Illustrationen zwar die Holbein'sche Komposition und Zeichnung unverkennbar ist, wogegen der Holzschnitt zweifellos von Händen ausgeführt wurde, welche an die Kunst eines Lützelburger nicht heranreichen.

Das »Alte Testament« umfafst *mit* den nicht Holbein'schen Blättern nach Woltmann (Holbein und seine Zeit, Bd. II, S. 169) im Ganzen 91 Nummern. In der ersten Lyoner Buchausgabe fehlen drei Blätter: Nr. 1: Adam und Eva, welches wir der 1551 in Lyon erschienenen Bibel entnehmen; ferner Nr. 40: Nathan vor David, und Nr. 72: Jesaias über Jerusalem weinend, welche beiden Blätter wir hier nach der 1543er Lyoner Buchausgabe nebst dem dort zugegebenen Text reproduziren. Aufserdem theilen wir aus der letzten Ausgabe auch noch das lateinische Gedicht mit, worin Nic. Bourbon den Meister Holbein feiert.

G. H.

DAVID arguitur homicidij à Nathan, proposita illi parabola diuitis & pauperis. Rabbath urbs Ammonitarum à Dauide expugnatur.

II. REGVM XII.



Nathan addresse à Dauid sa parolle
Pour l'homicide ayant esté commis,
Et le reprint par vne parabolle:
Deuant Rabbath aussi le siege est mis.

G

ISAIAS deplorat peccata Ierusalem. Ceremonias & cultus Iudæorum, quibus ipsi fidebant, per Isaiam reijcit Dominus.

ISAIAE I.



Du peuple Iuif les grandz pechez & vices
Pleure & lamente Isaie prophete,
Puis Dieu (par luy) de ce peuple regecte
L'hipocrisie auec leurs sacrifices.

L

Nicolai Borbonii Vandoperani poëtæ Lingonensis, ad Lectorem Carmen.



VPER in Elysio cùm fortè erraret Apelles,
Vnà aderat Zeusis, Parrhasiusq; comes.
Hi duo multa satis fundebant verba: set ille
Interea mœrens & taciturnus erat.
Mirantur comites, fariq; hortãtur, & vrgent:
Suspirans imo pectore Côus, ait:
O famæ ignari, superis quæ nuper ab oris
(Vana vtinã) Stygias venit advsq; domos.
Scilicet, esse hodie quẽdã ex mortalibus vnũ,
Ostendat qui me vosq; fuisse nihil.
Qui nos declaret Pictores nomine tantum,
Picturæq; omnes antè fuisse rudes.
HOLBIVS est homini nomen, q nomina nostra
Obscura ex claris, ac prope nulla facit.
Talis apud Manes querimonia fertur: & illos
Sic equidem meritò censeo posse queri.
Nã tabulã si qs videat, quã pĩxerit HANSVS
HOLBIVS ille artis gloria prima suæ,

Protinus exclamet, Potuit Deus edere mōſtrū
Quod video: humanæ nō potuere manus.
Icones hæ ſacræ tanti ſunt (optime lector)
Artificis, dignum quod venereris opus.
Proderit hac pictura animum pauiſſe ſalubri,
Quæ tibi diuinas exprimit hiſtorias.
Tradidit arcano quæcunq; volumine Moſes,
Totq; alij vates gens agitata Deo,
His Hanſi tabulis repræſentantur: & vnà
Interpres rerum ſermo Latinus adeſt.
Hæc legito. Valeat rapti Ganymedis amator:
Sintq; procul Cypriæ turpia furta deæ.

Eiuſdem Borbonij Poëtæ Δίστιχον.

Ω ξέν᾽ ἰδεῖν εἴδωλα θέλεις ἐμπνοῖσιν ὁμοῖα;
Ολβϊακῆς ἔργον δέρκεο τοῦτο χερός.

Latinè idem penè ad verbum.

Cernere vis, hoſpes, ſimulacra ſimillima viuis?
Hoc opus Holbinæ nobile cerne manus.

Hiſtoriarum ueteris INSTRVMENTI ICO nes ad uiuum expreſſæ.

Vnà cum breui, ſed quoad fieri potuit, dilucida earundem expoſitione.



LVGDVNI,
SVB SCVTO COLONIENSI.
M. D. XXXVIII.

FRANCISCVS FRELLAEVS
Christiano Lectori S.

En tibi, Christiane lector, sacrorum canonum tabulas, cum earundem latina interpretatione officiosè exhibemus: illud in primis admonentes, vt reiectis Veneris & Dianæ, cæterarúmque dearum libidinosis imaginibus, quæ ani- mum vel errore impediunt, vel turpitudine labefactant, ad has sacrosanctas Icones, quæ Hagiographorū penetralia di- gito cōmonstrant, omnes tui conatus referātur. Quid enim pulchrius, aut Christiano homine dignius, quàm ad has res animum adijcere, quæ solæ fidei mysteria sapiunt, & Deum creatorem nostrum vnicè amare, ac veram religionem profiteri præcipiunt? Tuum igi- tur erit hunc nostrum laborem æquo ani- mo suscipere, ac cæteros commone- facere, vt eiusmodi omnia ad Dei largitoris beneficentissimi glo riam & honorem dirigere meminerint.

Vale Lector, & fruere.


DEI Omnipotentis uerbo creãtur ac benedi-
cuntur terra, dies, nox, cœlum, mare, ſol, lu-
na, ſtellæ, piſces, & beſtiæ terræ. Creantur
quoq; Adam & Heua.

GENESIS I. & II.



ADAM in paradiſo uoluptatis conſtituitur ut aret terram, cui interdicitur ligno uitæ.

GENESIS III.




ADAM & HEVA ab Angelo è paradiſo expulſi, morti obijciuntur.

GENESIS III.




ADAM & HEVA propter peccatum ser-
pentis aſtutia commiſſum, pœna ac morte
afficiuntur.

GENESIS III.



NOE iuſtus iuſſu domini arcam ingreditur: cæteris præter ſe & ſuos diluuio interemptis, ſeruatur. Emiſsis coruo & columba, ex arca egreditur.

GENESIS VII.



BABEL turris ædificatur, ex qua linguarũ confuſio ſuboritur.

GENESIS XI.



ABRAHAM hoſpitio ſuſcipit Angelos. Promittitur ei Iſaac. Poſt oſtium tabernaculi ridet Sara. Sodomorũ interitus Abrahæ prædicitur. Orat pro Sodomitis.

GENESIS XVIII.



ABRAHAE fides tentatur. Filium ſuum Iſaac immolare iubetur. Saluator omnium CHRISTVS promittitur.

GENESIS XXII.



IACOB per aſtutiam matris præripit benedictionem Eſau. Triſtatur Iſaac. Eſau conſolatur.

GENESIS XXVII.



IOSEPH quòd accuſarit fratres, & ſomnia uiderit, in ciſternam mittitur. E ciſterna extractus, Iſmahelitis uenditur.

GENESIS XXXVII.



PHARAONIS ſomnia de ſeptem bobus & ſpicis, eductus è carcere Ioſeph exponit. Super annonam Aegypti conſtituitur.

GENESIS XLI.



IACOB moriturus adoptat ſibi Ephráim & Manaſſem filios Ioſeph, benedicitque eiſdem.

GENESIS XLVIII.



IOSEPH ſepelitur. Filij Iſraël in Aegypto dura ſeruitute opprimuntur. Obſtetricum piarum induſtria exprimitur.

EXODI I.



MOYSES pascit oues. Videt deum in ru-
bo. Mittitur ad filios Israël & Pharaonem
oppressorem.

EXODI III.



MOYSES & Aaron aggrediuntur Pharaonem. Populus magis ac magis opprimitur. Incusantur à populo Moyses & Aaron.

EXODI V.



PHARAO induratus, inſequitur Iſraëlitas & ſubmergitur. Murmurant Iſraëlitæ, deſperantes de ſalute. Gradiũtur per medium maris ſiccis pedibus. Parta uictoria deum adorant.

EXODI XIIII, & XV.



ISRAELITAE in desertum Sin proficiscuntur. Murmurantibus pro cibo, pluit deus coturnices & man.

EXODI XVI.




ISRAELITAE ad montem Sinai castra metantur. Iubetur populus sanctificari. In tonitru & fulgure apparet deus, ut à popu lo timeatur.

EXODI XIX.




ISRAELITIS iubētur formari arca, men ſa, & candelabrum ad primitias domino of ferendas. Panes propoſitionis ad menſam apponuntur.

EXODI XXV.



MOYSES instauratis tabulis montẽ ascen-
dit. Orat deum ut cum populo gradiatur.
Prohibetur societas gentiũ, & idololatria.

EXODI XXXIIII.



MOYSES de offerendis armentis, pecoribus & ouibus, è tabernaculo testimonij à domino ritè instruitur.

LEVITICI I.



MOYSES iuſſu domini turba undique ante fores tabernaculi congregata, Aaronem & filios eius conſecrat.

LEVITICI VIII.



NADAB & ABIV, Aaron filij, contra præceptum domini ignem alienũ offerentes, flammis consumuntur.

LEVITICI X.



MOYSI præcepta quædam moralia & cere monialia à domino præcipiuntur.

LEVITICI XIX.




MOYSES & AARON uiros ad pugnam aptos iuxta duodecim tribus Ifraël numerant. Tribus Leui fuper tabernaculum conftituitur.

NVMERI I.



MOYSES & AARON recenſitis fami-
liarum principibus iuxta mandata dei, ca-
ſtrorum ſtationes ordinant:

NVMERI II.



CORE, DATHAN & ABIRON in Moysen murmurātes, absorbentur cũ multis à terra.

NVMERI XVI.



ISRAEL rebellis ſerpentibus ignitis percu-
titur. Serpentem æneum pro ſigno erigit
Moyſes: quem cum percuſſi aſpiciunt ſa-
nantur.

NVMERI XXI.



ISRAELITAE uictis Madianitis, prædam afferut ad Moysen & Aaron. Virginibus reseruatis, mulieres interficiuntur. Præda ex æquo diuiditur.

NVMERI XXXI.



MOYSES in solitudine campestri, Israëlitis quæ gesta fuerant à monte Horeb, repetit. Principes populo secum constituit.

DEVTER. I.



MOYSES de discendis & faciendis Dei præceptis , non modo apertè , sed etiam acriter ,populum monet .

DEVTER. I.



MOYSES de ſacerdotum & Leuitarum uiꝰ ctu ſolicitus decernit. CHRISTVS proꝰ mittitur. Pſeudopropheta occidendus, & quomodo dignoſcendus.

DEVTER. XVIII.



IOSVE cum Iſraëlitarum exercitu, trans Iordanem reges interſicit.

IOSVE XII.



IVDAS dux Iſraëlitarum expugnat Cha-
nanæos. Adonibezec cæſis manuum ac
pedum ſummitatibus, in Ieruſalem capti-
uus ducitur.

IVDICVM I.



ELIMELECH Bethlehemita cum uxore Noëmi & duobus filijs peregrinatur in re-gione Moabitide, & ibi moritur.

RVTH I.




ANNA Elcanæ uxor diu ſterilis, Heli ſa-
cerdote ſuper ſellam ante poſtes templi do
mini ſedente, corde orans, à Deo filium
Samuelem impetrat.

I. REGVM I.



SAVL à Samuele ungitur in regem ſuper Iſraël. Iuxta ſepulchrum Rachel datur ei ſignum, quo ſe à Deo in regem unctum credat.

I. REGVM X.



DAVID Saulis armis reiectis, ac solius Dei potentia confisus, lapide funda iacto Goliath interficit. Philisthæos in fugam uertit.

I. REGVM XVII.



DAVIDI nunciatur Philisthæos Ceilam oppugnasse, & areas diripuisse: qui consulto bis domino Ceilam à Philisthæis liberat.

I. REGVM XXIII.



DAVIDI mors Saulis & Ionathæ nuncia-
tur. Triſtatur Dauid, ac eum qui mentitus
fuerat ſe occidiſſe Saulem, occîdi iubet.

II. REGVM I.



DAVID Philisthæos profligat, eosq́ sibi tributarios facit. Adarézer rex Soba percutitur.

II. REGVM VIII.



DAVID ab exercitu Vriam reuocat, ut cum uxore dormiens celaretur adulterium. Vrias, acceptis à Dauide literis, ad exercitum remittitur, & ibi occiditur.

II. REGVM XI.



ABSALOM astu & prudentia Ioab & mulieris Thecuitidis reuocatur. Ioab messe succensa, introductus Absalom à patre osculatur.

II. REGVM XIIII.



AMASA conuocat Iudam contra Sebam: quem osculatus Ioab, in itinere iuxta lapidem grandem dolose interficit.

II. REGVM XX.



ABISAG puella pulchra ſeni Dauidi frigi-
do datur, quæ eum dormientem calefaciat.

III. REGVM I.



HIRAM mittit ſeruos ut gratulentur Salo-
moni. Salomon petit ligna ab Hiram in
ædiſicationem templi.

III. REGVM V.



IEROBOAM cõſulit Ahiam prophetam per uxorem de ualetudine filij ægroti. At illa reuerſa, ac limen domus ingrediente, Abia moritur.

III. REGVM XIIII.



ELIAS oſtendit ſacerdotibus Baal deum Iſraël eſſe uerum deum, deo id teſtificante per ignem conſumentē holocauſtum Eliæ. Sacerdotes Baal interficiuntur.

III. REGVM XVIII.



ELIAS diuidit aquas pallio. Raptus in cœ-
lum non inuenitur. Elifeum irridentes pue-
ri, lacerantur ab urfis.

IIII. REGVM II.



IOIADA pontifex, Athalia occiſa, conſti tuit Ioas regem ſuper Iſraël. Mathan ſacer- dos Baal coram altari interficitur.

IIII. REGVM XI.




ACHAZ rex Iuda idololatra, conſecrat filium ſuum per ignem. Ieruſalem obſeſſa, petit auxilium à rege Aſsyriorum.

IIII. REGVM XVI.



IOSIAS legit Deuteronomium coram populo. Idôla demolitur, & sacerdotes Baal occîdit.

IIII. REGVM XXIII.




ADAM genealogia uſque ad filios Eſau & Iacob, breuiter repetitur

I. PARALIP. I.



SAVL contra Philisthæos infeliciter pugnans, seipsum interimit. Eius arma in templo dei sui consecrantur: caput uerò à Philisthæis in templum idolorum defertur.

I. PARALIP. X.



DAVID allata arca benedicit populo, quem etiam cibat. Miniſtros arcæ ad laudandum deum in inſtrumentis muſicis conſtituit.

I. PARALIP. XVI.



H

SALOMON in Gabaon perrectus, petit à deo ſapientiam & ſcientiam ad iudicandum populum.

II. PARALIP. I.



SALOMON benedicit congregationi. Gratias agit, ob impletas promissiones Dauidi factas. Orat ut exaudiantur in templo orantes.

II. PARALIP. VI.




SESAC rex Aegypti, ob derelictum à Iudæis dominum, clypeos aureos quos fecerat Salomon, omnesq; thesauros domus dei secum aufert.

II. PARALIP. XII.



SENNACHERIB blaſphemus inuadit Iudam. Ezechias hortatur populum ad fiduciam in deum. Orante Ezechia, Angelus Aſsyrios perſequitur.

II. PARALIP. XXXII.



CYRVS à Deo inſpiratus, redditis uaſis templi, quæ abſtulerat Nabuchodonoſor, remittit populum ad reædificandam Ieruſalem.

I. ESDRAE I.



NEHEMIAS pincerna regis Artaxerxis, pro populo afflicto qui de Ierusalem supererat, deum orat.

II. ESDRAE I.



IOSIAS quartadecima luna primi menſis, in Ieroſolymis immolat phaſe.

III. ESDRAE I.



TOBIAS captiuus inter Aſſyrios ducitur. Obdormienti iuxta parietem, hirundinum ſtercora calida ſuper oculos eius cadunt, ac cæcus efficitur.

TOBIAE I. & II.



I

ELIPHAZ arguit Iob de ſapientiæ & munditiæ arrogantia. Deſcribit impiorum maledictionē, quam falſò Iob innocēti tribuit.

IOB XV.



IOB alloquitur dominus, oſtendens ei ſuam iuſtitiam ex inſcrutabilibus ſuis operibus. Iob duplicia pro ablatis reſtituuntur.

IOB XXXVIII. & XLII.



ASSVERVS, celebrato conuiuio, poten-
tiam & gloriã ſuam oſtentat. Vaſthi uxo-
re repudiata, Eſther regina efficitur.

ESTHER I. & II.



IOB bona omnia dissipat Satan, & eius liberos percutit, expetita facultate à domino. Laudat deum in sua afflictione.

IOB I.



IVDITH, oratione abſoluta, ueſtimentis iucunditatis exornat ſe, ut Holoferneẽ uincat in dei gloriam.

IVDITH X.



IVDITH, Holoſerne ebrietate ſopito, & puella oſtium obſeruante, caput eius præſcindit, & ciuibus ſuis defert.

IVDITH XIII.



DAVID ſpiritu dei afflatus, Beatitudines uiri deſcribit. Impiorum quoque & infide lium interitum prædicit.

PSALM. I.



PSALTES contra Iudæos excandeſcit, ac eos qui CHRISTVM Meſsiam deum in lege promiſſum infideliter & impiè abnegant, inſipientes uocat.

PSALM. LII.



CHRISTVS ſedet ad dexteram patris. Deus pater filio ſuo ſacerdotalem dignitatem in æternum duraturã ex paſſionis præmio tradit.

PSALM. CIX.



CHRISTI erga ſponſam ſuam eccleſiam, ac rurſum ſponſæ erga CHRISTVM incomprehenſibilis amoris myſterium pleniſſimum exprimitur.

CANTICOR. I.




ISAIAS uidet gloriam Dei, ac peccatum ſuum agnoſcit. Signo & uerbo remiſſio-nem peccatoru conſequitur, & ad Iudæos mittitur.

ISAIAE VI:



EZECHIAS ad mortem uſque ægrotat. Signum ſanitatis à Domino in horoſcopo accipit.

ISAIAE XXXVIII.



EZECHIELIS quatuor animalium, rotarum, throni & imaginis ſuper thronum uiſiones.

EZECH. I.



EZECHIELI Prophetæ futura restauratio ciuitatis & templi in uisionibus ostenditur.

EZECH. XL.




EZECHIEL uidet gloriam Dei templum ingredientem à quo antè recesserat. Altaris mensuræ describuntur.

EZECH. XLIII.



EZECHIEL uidet aquas è templo manantes. Termini terræ promissionis, & diuisiones per tribus à domino Prophetæ ostenduntur.

EZECHIELIS XLVII.



SIDRACH. MISACH. & ABDE-
NAGO, quòd ſtatuam auream contra decretum regium non adorauerint, in for-
nacem mittuntur.

DANIELIS IIII.



DANIELI uiſio quatuor animalium oſten-
ditur. Hæc autem uiſio de quatuor mundi
regnis interpretatur.

DANIELIS VII.




DANIEL uidet pugnam inter arietem & hircum. Viſionis intelligentia Danieli ab angelo manifeſtatur.

DANIELIS VIII.



DANIELI uaticinium de regibus Persarum, regno Græciæ, Aegypti, & fœdere eius & bello cum regno Syriæ prædicitur.

DANIELIS XI.



SVSANNAE presbyteri duo calumniatores à Daniele conuicti, lege talionis plectuntur.

DANIELIS XIII.



DANIEL propter Belis & draconis euer=sionem, conijcitur in lacum leonum. Pascit eum Habacuc.

DANIELIS XIIII.



OSEE accepta uxore fornicaria idolola-
triam populi ſignificat.

OSEE I.



IOEL destructionem Ierusalem prædicit. Sacerdotes ad orationem & ieiuniũ, ob instantem calamitatem asiduè adhortatur.

IOELIS I.



AMOS contra Damaſcum, Philiſthæos, Tyrum, Idumæam, & filios Ammon prophetat.

AMOS I.



IONAS missus in Niniuem ad prædicandum, affligitur, quod sermo eius contra Niniuem non fuerit impletus.

IONAE I. II. & III.



HABACVC pulmentum & panes messo-
ribus ferens, in persona sanctorum piè con-
queritur, quòd mali iustos persequantur.

HABACVC I.



ZACHARIAS monet populum ut conuertatur ad dominum, & parentum ſcelera uitet.

ZACHARIAE I.



ANTIOCHO ſecundam profectionem in Aegyptum parante, Ieroſolymis ſigna in cœleſtibus apparuere.

II. MACHAB. V.




EXCVDEBANT LVGDV
NI MELCHIOR ET
GASPAR TRECHSEL
FRATRES. 1538

JOST AMMAN'S EHEBRECHERBRVCKE DES KÖNIGS ARTVS

Facſimile-Reproduction des aus acht Blättern beſtehenden Original-Holzſchnittes (ANDRESEN Nr. 73).

Nach dem einzigen bekannten completen Exemplar in der Sammlung des † k. k. Feldzeugmeiſters Ritter von Hauslab zu Wien.

Dieſe Reproduction in Originalgröſse iſt auf ächtes Büttenpapier und nur in 100 Exemplaren gedruckt worden. Preis M. 15.

* * *

KULTURGESCHICHTLICHES BILDERBUCH AUS DREI JAHRHUNDERTEN

herausgegeben von

GEORG HIRTH

Das »kulturgeſchichtliche Bilderbuch« verſpricht das vollſtändigſte Koſtümwerk, eine Art Kupferſtichkabinet in nuce zu werden. Es enthält Tauſende von Reproductionen nach den Werken der berühmteſten Illuſtratoren der letzten drei Jahrhunderte. Das Ganze iſt auf 96 Lieferungen berechnet. Jede Lieferung umfaſst 30—40 Folioseiten. Monatlich eine Lieferung, ſo daſs ſich die Anſchaffung dieſes epochemachenden Werkes auf eine Reihe von Jahren vertheilt. Je 12 Lieferungen bilden einen Band.

Preis der Lieferung M. 2.40, einſeitig auf Kupferdruckpapier M. 5. I. und II. Band (12 Lieferungen) broſchirt je M. 30, gebunden M. 35.


Buchdruckerei
Knorr & Hirth
München.